



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Distinctio trigesima octaua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. I. Distinctio. XXXVIIII.

vocetur motus angelii, quia per talem successione ope rationum angelii circa diversa corpora, & in diversis locis manifestatur successiva natura angelii in diversis locis Et primus quidem motus est continuus. Secundus autem non est, sed discretus, quia est successio diuersorum motuum consequenter se habentium, sive cum interpolatione temporis, sive non, neuter tamen istorum motuum est in an gelo sicut in subiecto, sed solum sicut in principio effectus: ut per effectum manifestato.

4 Hoc supposito patent duas conclusiones de motu angelii, una est quod motus angelii non potest esse in instanti, quod patet sic, motus angelii vel dicitur motus localis alius cuius corporis localiter translati per angelum, vel successio diuorum motuum, sed confat quod neutrum horum potest esse in instanti. Ergo &c.

5 Secunda conclusio est, quod motus angelii de loco ad locum potest esse pertransiendo medium, vel non pertransiendo. Si enim motus angelii dicatur successiva translatio corporis de loco ad locum, sic necesse est quod pertransferatur medium quod est inter terminum a quo, & terminum ad quem, cum hoc sit de essentiali ratione continuus motus. Si vero motus angelii vocetur successio diuersorum motuum cauatorum ab angelo, sic angelus potest transire medium sive vult, vel non pertransire. Tribus enim corporibus existentibus contactis A. & B. & C. angelus si vult potest primo mouere A. deinde B. & tertio C. & tunc non transit de A. in C, nisi per B. medium potest etiam si vult mouere primò A. deinde C. non moto B. & tunc non transit medium.

6 AD Argumentum dicendum quod solum probat quod motus non competit angelo ut subiecto, quod consequitur ei, sed attribuitur ei ut principio effectivo per effectum manifestato. Secundum hoc exponenda sunt dicta Magistri in litera.

Sententia distinctionis XXXVIII.

In generali & speciali.

NVNC vero ad propositum. Superius ostendit Magister quorum sit scientia dei. Hic vero intendit inquirere quomodo se habeat scientia ad res scitas, & diuiditur in duas. Primo inquirit vtrum scientia dei sit causa scitorum. Secundo ostendit qualiter causa sit. Secunda ibi, Praterea quarti solet. Prima pars est principalis lectionis, & diuiditur in duas. Primo inquirit de causalitate diuina scientiae, secundo de infallibilitate. Secunda ibi, adhuc autem quod supra dictum est. Prima diuiditur in duas. Primo mouet questionem, & obicit ad alteram partem. Secundo obicit ad partem contrariam. Tertio solvit. Secunda ibi, quod si ita est. Tertia ibi, hancigit quae videtur. Secunda vero pars principialis in qua inquirit de infallibilitate diuina scientiae diuiditur in duas. Primo ponit obiectionem probantem fallibilitatem diuinae scientiae. Secundo solvit. Secunda ibi, ad quod dicimus.

2 IN SPECIALE vero sic procedit, & querit primo vtrum scientia dei sit causa rerum, an econcerio, & probat primo quod presentia Dei sit causa rerum etiam necessaria, quia nec aliqua futura essent, nisi ea Deus praesciueret, & impossibile esset non eueniare, & hoc adducit multas autoritates Aug. postea obicit in contrarium. Probat enim primo, quod scientia dei non est causa rerum, quia sic ester causa malorum, quia scientia dei est tam malorum & bonorum, nec res sunt causa scientiae Dei, quia sic temporale & creatum ester causa eterni. Inducit etiam autoritates Origenis ad probandum quod res scita sunt causa scientiae, postea solvit & dicit quod scientia simplicis notitiae non est causa rerum, nisi forte causa sine qua non, non enim Deus quoniam cogit peccare, quia sicut cum peccatum, sed scientia beneficiti bene est causa rerum, & quod dicit Orig. res esse causam scientiae Dei, intelligendum est de causa sine qua non. Postea ostendit quod scientia est fallibilis, quia res potest euenire aliter. Vnde quanvis Deus sciat aliquem lectorum, potest non legere. Item si non potest aliter euenire quod Deus praesciuit, neecessary cuncta euennunt, & si posset aliter euenire scientia dei falleretur. Postea solvit & dicit quod cum dicitur impossibile est quod Deus praesciuit non eueniare, quod in omnibus similibus distinguere

Quæstio I.

103

dum est, si enim intelligatur coniunctum, impossibile est quod sit scientia dei simul, & contrarius eventus rerum, si vero diuini, possibile est quod id scitur poster non eueniare, & per hoc possunt solui omnes propositiones. Et in hoc terminatur &c.

Quæstio PRIMA.

Vtrum scientia Dei sit causa rerum.

Thom. I. q. 14. ar. 8.

Circa distinctionem istam primo queritur, vtrum scientia Dei sit causa rerum. Et videtur quod non, quia omnis causa habet aliquem actum per quem potest producere effectum si sit perfecta, vel cooperatur ad productionem effectus si sit imperfecta, sed scientia Dei nullum actum habet quo possit producere vel cooperari ad productionem rerum, ergo &c. Maior pater, sed minor probatur, quia actus scientiae non est nisi scire, sed scire diuinum principalius se extendit ad ea quae non sunt factibilia ut ad essentialiam diuinam, & ea quae sunt in esencia diuina, quod a creaturis, ergo scire non est actus operans nec cooperans ad productionem rerum scitarum.

2 IN CONTRARIUM est quod dicit Aug. 15. de Trin. quod uniuersas creaturas corporales & spirituales, non quia sunt ideo nouit eas Deus, sed ideo sunt, quia nouit.

3 RESPONSO. Scientiam Dei esse causam rerum nemo ambigit, qui ponit Deum esse causam rerum, cum scientia Dei sit essentialiter ipse Deus, sed hoc non intendit quod est quæstio, sed intendit quod cum in omni causa sit dare rationem secundum quam causat, sic igitur in Deo omnia essentialia sunt unum secundum rem, differunt tamen secundum rationem, propter quod aliquod attribuitur Deo ratione unius, quod non attribuitur ei ratione alterius, dicimus enim quod Deus intelligit intellectu, & voluntate vult, non autem intelligit voluntate, nec vult intellectu, quanvis intellectus & voluntas sunt unum secundum rem in deo, & ideo querit haec quæstio, vtrum scientia dei sit ei ratio causandi res scitas.

4 Et dicendum quod scientia dei est causa creaturarum per modum dirigentis. Voluntas autem est causa per modum inclinantis & inducens. Neutra autem est immediata causa. Potest vero est causa rerum, sicut exeques & immediata mōtus, haec autem patent. Primo propriis rationibus, deinde quadam ratione communis.

5 Prima conclusio patet sic, quia omnis habitus vel cognitio que habet rationem artis respectu aliquorum habet rationem dirigentis respectu factiorum eorum, hoc patet ex ratione artis que ponitur. Et huius quod pars est recta ratio factibilium, sed scientia dei habet rationem artis respectu creaturarum cum sint a deo factibilis, propter quod dicitur Sa. 7. omnium est artifex, &c. ergo scientia dei habet rationem causis dirigentis respectu creationis rerum. Nisi quod notandum est quod aliter dirigit in factione rerum scientia, & aliter idea. Idea enim dirigit solum per modum exemplaris, quod vt sic nihil est ipsius agentis, sed solum obiectum se habet ad ipsum, scientia vero vel artis dirigit ut habitat quo habet vera & certa cognitio de exemplari & exēplato, & est aliquid ipsius operatis, & se habet ad ipsum subiectum secundum nostrum modum intelligendi.

6 Secunda conclusio sic patet, omne agens liberè mouet ad agendum per id quod est in eo summa libertatis, sed Deus agit res liberrimè, & non ex aliqua necessitate, ergo ad earum productionem mouet voluntas que est summa libertatis.

7 Tertia conclusio patet, scilicet quod nec scientia nec voluntas sunt immediata causa rerum, quia illi actus qui secundum suam propriam rationem aequaliter se habent ad credibilia & non credibilia non sunt secundum suam propriam rationem principium seu causa producendi aliquid, quia qua ratione essent ratio producendi credibilia, eadem ratione essent causa seu principium producendi non credibilia, cum ad viras habeant similem habitudinem, sed actus intelligenti diuinus & volendi considerati secundum suam propriam rationem aequaliter se habent

ad cres

MAGISTRI DURANDI DE
ad creabilia, & non creabilia, quia praece considerati secundum suas proprias rationes transiunt solum secundum rationem in haec & in illa, & non secundum rem. Non enim transiunt in haec & in illa nisi tanquam in cognita & volta, & quantum praece pertinent ad rationem cognoscendi & volendi non transiunt aliter in ea, ergo praece actus considerari in deo secundum suas proprias rationes, non sunt ei ratio producendi immedie aliqui.

8 Quarta conclusio patet sic, conuertendo rationem prius factam, illud cuius actus transit in alterum, potest esse immedie ratio producendi alterum, sed inter illa de quibus nunc agitur, & que concurredit ad productionem creatura que sunt scientia, voluntas, & potentia, sola potentia est illud cuius actus transit in alterum, ergo &c. Minor patet per diffinitionem potentiae actus, quia ponit philo.

9 Meta, qd potentia activa est principium transiuntur alteri secundum quod alterum, sicut enim haec diffinition est propria potentiae actus creat, que supponit subiectum quod transiuntur, sic ratio potentiae actus increat que nihil supponit est ratio producendi alterum secundum quod alterum. Hac autem patent vna ratione que talis est, que ordinem in realem habent inter se & respectu actionis scientia, voluntas, & potentia, in illis in quibus differunt realiter, talem ordinem rationis habent inter se, & respectu actionis in deo, in quo solum differunt secundum rationem, sed in nobis in quibus tria praedicta differunt realiter, est talis ordo realis eorum respectu actionis, qd scienzia est solum dirigens respectu actionis, voluntas vero in clinat ad agendum. Sed neutrū horū immedie elicte actionē per quā res producitur, sed hoc tantū facit potentia motiva & executiva, ergo similius ordo secundum rationem est inter ista tria ut sunt in Deo, scilicet, qd scientia est dirigens, voluntas vero inclinans, & neutrū horum est immedie ratio producendi, sed solum potentia exequens.

9 A D Argumentum dicendum qd eo modo quo quid est causa, habet actum quo operatur vel cooperatur ad producendum effectum, scientia autē non est causa alii cuius immedie, sed remota, & solum per modum dirigentis, & ideo actus eius qui est scire non operatur, nec cooperatur immedie ad productionem alii rei, sed solum immedie & directi, nec tamē oportet qd respectu omnium seitorum sit directuum practicē (hoc est ad operandum) sed eorum solum que subsunt voluntati inclinati & potentiae exequenti. Hac enim tria concurredit ad productionem cuiuslibet rei ab agēte per intellectum, & liber, essentia autem diuina & illa que sunt in ipsa non subsunt potentiae diuine ut sint vel non sint, sed solum creatura, ideo &c.

QVÆSTIO SECUNDA.

Verum Deus sciat enuntiabilia.

Thom. i. q. 14. ar. 14.

Secundo queritur vtrum Deus sciat enuntiabilia. Et vi detur quid nō, quia intellectus componendo & diuidendo format enuntiationem, sed Deus non intelligit componendo aut diuidendo, ergo nō intelligit enuntiabilia.

2 Item illa sola cognitione est attribuenda Deo, in qua non est possibilis error, sed circa cognitionem enuntiabilium est possibilis error, non autem circa cognitionē simplicem quidditatum (vt patet ex tertio de anima) ergo sola cognitione simplicium quidditatum est Deo attribuenda.

3 IN CONTRARIUM est qd dicitur in psalmo, Deus scit cogitationes hominū, quoniā vane, &c. Sed in cognitionibus hominū continetur multe enuntiations & multi syllogismi, ergo Deus omnia talia nouit.

4 RESPONSI O. Dicenda sunt tria. Primum est, qd Deus habet cognitionem enuntiabilium. Secundum est quid nō haber cam componendo & diuidendo sicut nos, & ex hoc tertio ostendetur quid scientia Dei nō est discursiva. Primum patet dupliciter. Primo sic, Deus perfectissime nouit omnes res & omnium rerum habitudines, sed in habitudinibus rerum res constituit ratio enuntiabilium, ex hoc enim qd res est eadem rei per se vel per accidens constituit ratio enuntiabilis secundum affirmacionem, & ex eo quid res est diversa a re, & nullo modo eadem constituit ratio enuntiabilis secundum negationem,

SANCTO PORCIANO

ergo Deus nouit omnia enuntiabilia tam affirmativa, quam negativa. Secundo sic, Deus scit quicquid est in potestate intellectus nostri, sed formare enuntiationem de enuntiabilibus est in potestate intellectus nostri, ergo Deus scit vtrumq (scilicet, enuntiations & enuntiabilia.)

5 QVANTVM ad secundum considerandum est

quid est intelligere componendo & diuidendo, & quae est causa scit intelligendi, intelligere enim componendo & diuidendo nō est solum intelligere cōposita, aut diuina, quia hē deus intelligit, ramē nō intelligit per cōpositionē, aut diuisionē, oportet ergo hanc compositionē, aut diuisionē accipere ex parte intellectus ex quo nō accipitur ex parte rei intellectus: ex parte autem intellectus possumus hāc compositionē dupliciter intelligere, uno modo ut intellectus componens aliquia duo, vt animal cum alio, vel diuidens alium ab homine ut hoc faciat duabus intellectuonibus realiter a se differenibus, que per si aggregationem constituant tertiam, sicut dicitur qd torum scutum habens varios colores in suis partibus simul videtur per vim speciem aggregata ex multis, & hunc modum non credo esse verum, quia plures visiones non possunt simul esse in oculo, nec plures intellectus simul in intellectu nostro naturaliter, & si essent non sufficeret ad componendum vel diuidendum inter aliqua, quia ut appareat ex secundo de anima cap. de sensu cōmuni, oportet qd comparatio quorūcumq secundum cōuenientiam, aut differentiam fiat per in diuisibile anima, & diuisibili operatione, & diuisibili tempore. Alio modo & probabilitus potest intelligi cōpositus & diuīsio ex parte intellectus, ut non ponamus plures actus simul in intellectu facientes unum per aggregationem, sed dicimus qd intellectus intelligens, componendo & diuidendo intellectus ex qua componit aut diuidit uno actu simplici per essentiam, qui tamen virtute continet duos actus praedentes, quibus seorsim intelligebamus hominem & eorum animal vel alium, propter quod talis actus dicitur compotitus aut diuīsus. Et ponitur simile, nos enim dicimus humidum & secum esse qualitates simplices, molle autem qualitatem compositam, quia tamē in essentia sua est & quē simplex ut sunt aliae, sed pro tanto dicitur compotita, quia aliquo modo continet virtualiter humidum & secum, in quantum enim molle facile cedit, retinet naturam humiditatis, in quantum autem terminatur termino proprio retinet naturam secuti, & similiter in proposito, qui tertius actus continet virtualiter duos precedentes, ideo dicitur cōpositus, quānq sit simplex in essentia sua. Quocunq autē horum modorū dicatur intellectus intelligere componendo & diuidendo, constat qd causa scit intelligendi est debilitas & imperfēctio virtutis intellectus & qualis, ex qua prouenit qd intellectus non intelligit uno actu, & similius quocunq rei cōuenientia aut disconuenientia, sed intelligit diuersa intelligibilia diuersis actibus qui aggregantur ad constitutionem tertii, si ponatur primus modus intelligendi per compositionem & diuisionem, vel ex necessitate supponatur tertio actui, qui eos virtualiter continet, & nisi illi præcessissent, iste tertius non esset: Ex hoc sic arguitur, intellectus qui uno actu & simul omnia intelligit, impossibile est qd intelligat compo nendo & diuidendo, sed talis est intellectus diuinus, ergo & sic patet secundum.

6 EX EODE M apparere tertium, scilicet qd Deus non intelligit discurrendo, quia intellectus discurrens nō simili oia intelligit, fed ex noto venit in cognitionē ignorantis, omnis enim discursus est propter nō habitu, sed intellectus diuinus simul omnia intelligit, ergo non discurret. Item actus intelligendi discursus supponit actum intelligendi componentem & diuidentem, sicut compositione & diuisione supponunt diuisibile intelligentiam, cui ergo non cōuenit intelligere componendo & diuidendo, ei non cōuenit intelligere discurrendo, sed Deo nō cōuenit intelligere componendo & diuidendo, vt probatum est, ergo &c.

7 A D PRIMVM argumentum patet solutio, solum enim probatur quid Deus non intelligit enuntiabilia componendo & diuidendo, sicut intellectus noster, quod cōuenit ei propter suam imperfectionē quia à Deo longe relegata est.

8 Ad

Lib. I. Distinctio XXXVIII.

2 Ad secundum dicendum quod omnium cognitio tam simplicium, quam enunciabilium est Deo attribuenda, quum hoc sit perfectionis, sed modi inludentes imperfectionem sunt ab eo relegandi, & ille circa enunciabilia est intelligere componendo & dividendo, ex quo prouenit error, quum hoc sit ex imperfectione virtutis intellectus, quae non statim perfecte attingit ad omnia quae possunt conuenire rei, vel disconuenire, propter quod hic modus Deo non conuenit.

QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum Deus sciat futura contingentia,

Thom. 1. q. 14. art. 13.

TERTIO queritur vtrum Deus sciat futura contingencia. Et videtur quod non, quia omne scitum a Deo ex necessitate eueniet, sed nullum futurum contingens de necessitate eueniet, ergo nullum futurum contingens est a deo scitum, minor patet ex propriis rationibus terminorum, probatio maiori, accipiamus aliquid futurum scitum a Deo, puta quod Sortes curret cras, aut ergo necessario curret, aut possibile erit eum non currere, si necessario curret habetur propositum, si non necessario, sed possibile est eum non currere, ponatur in esse, quia secundum regulam Aristotelis possibili posito in esse, quod sequitur non est impossibile, ponatur ergo in esse, quod Sortes non curret, sed Deus scit quod curret, ergo scientia dei fallitur, quod est impossibile.

3 Item omnis conditionalis, cuius antecedens est necessarium, & consequentia necessaria, & ipsum conseqüens est necessarium, sed haec est quedam conditionalis si deus praesciunt. A fore A erit, cuius antecedens est necessarium, tum quia aeternum, tum quia praeteritum, & consequentia necessaria, quia oppositum consequentis non stat cum antecedente, ergo consequens est necessarium, & eodem modo arguam de quolibet futuro contingente.

3 Item ex maiore de necessario, & minore de inesse sequitur conclusio de necessario, ut dicitur primo priorum. Vnde sic, omne scitum a Deo, necessario est verum, & A erit, & sic idem quod prius. Si dicatur quod haec est duplex, scitum a Deo necessario est verum, quia potest esse deo & sic est vera & composita sub hoc sensu scitum a Deo in quantum scitum necesse est esse verum, vel potest esse de re, & sic est diuisa & falsa sub hoc sensu, id quod est scitum a Deo necesse est esse verum. Sed contra hoc arguitur sic, ita distinctio solum habet locum in formis separabilibus, siue quibus potest esse subiectum, non autem in formis inseparabilibus, nullus enim distinguunt hanc, eynum album possibile est esse nigrum, quia albedo non est separabilis a cyano, nisi secundum rationis, vnde quod non potest simili esse cum albo non potest simili esse cum cyano, sed esse praesciit est inseparabilitate conditio se habens ad omne futurum, ergo illa distinctio non habet hic locum.

IN CONTRARIUM est, quia illa quae sunt ab agente libero & habente dominium sui actus possunt non fieri (hac enim est natura liberi arbitrii) sed multa sunt ab agente libero, & habente dominium sui actus (vt merita & demerita nostra) ergo possunt non fieri, sunt ergo contingentes, sed talium Deus habet cognitionem, cum remuneret merita, & puniat demerita, & ab aeterno cognoscit ea ante quae sunt, aliquo scientie eius aliquid accresceret, ergo Deus cognoscit futura contingentia.

RE S P O N S I O. Ad solutionem huius questionis duo præmittenda sunt. Primum est, quid vocamus futuri contingentes, & quot sunt modi futuri contingentes. Secundum est de modo cognoscendi contingens.

6 **Q**UANTVM ad primum scendum quod antequam res sit in actu secundum esse suę existentie, solum habet esse in causis suis, & dicitur futura. Cauarum autem inueniuntur triples gradus, quedam enim sunt causae necessariae in se, & in ordine ad effectum, sicut est motus cœli in comparatione ad eclipses, & ad alios effectus, qui ex motu orbium necessario euenient, & effectus præexistentes in talibus causis sunt quidem futuri, sed non contingentes, immo sunt necessarii. Alijs sunt causæ que non sunt necessariæ, saltem per comparationem ad effectus, ut eos necessario producatur,

Quæstio III.

104

in omni posse non producere, & effectus præexistentes in talibus causis sunt futuri, & contingentes. Et horum est triplex differentia, quia quedam cause contingentes determinatae sunt ad producendum suos effectus, ut frequenter, nec deficiunt nisi raro (vt quod homo generetur cum quinq[ue] digitis solum) hoc enim euenit ut in pluribus, raro autem euenit ut generetur cum pluribus, vel paucioribus, & quinq[ue], effectus igitur talium cauarum dum præexistunt in eis sunt futuri & contingentes, sed quidam eorum sunt contingentes frequenter, quidam vero raro, alijs vero sunt cause que de se nullam habent determinationem ad hunc effectum producendum vel non producendum, sed indiferenter se habent ad utrumque, sicut est liberum arbitrium, ut fortis potest currere, vel non currere, & effectus præexistentes in talibus causis sunt futuri & contingentes ad utrumque, sunt ergo in virtutem futura contingencia quedam frequenter, quedam raro, quedam ad utrumque. Patet etiam quod contingens ad utrum liber nunquam dicitur per comparationem ad causam agentem ex necessitate naturæ, illa enim semper est determinata ad unum, nisi impeditur quod sit ut raro, sed dicitur per comparationem ad causam agentem liberum, que potest agere & non agere, que ut sit nunquam aliquid productum, cum si æquum indiferens ad opposita, propter quod qua ratione producetur unum & alterum. Quatum ad secundum, scilicet de modo cognoscendi contingens, sciendum est quod contingens & qualibet res alia potest cognosci dupliciter. Vno modo in causa sua. Alio modo in sua existentia. Alio enim modo cognoscere de milite, quod debet pugnare quando video eum armari, & alio modo quando vis de eo actu pugnare.

7 **H**IS SUPPOSITIS descendendi est ad questionem, circa quam primo inquireretur utrum de futuris contingentiis possit haberi certa cognitio solum ex causis suis. Secundo utrum Deus habeat cognitionem de futuris contingentiis secundum suam aetualitatem & propriam existentiam. & tertio quomodo stat certitudo diuinæ scientie cum contingentiis rerum.

8 Quantum ad primum dicunt quidam quod de contingente non potest haberi certa cognitio per causam suam, sed solum conjecturalis, quod probant sic, quicunque cognoscit rem aliquam per talem causam quia posita effectus vel res illa potest ponit, vel non ponit, non habet de illa certam cognitionem sed fallibiliter & conjecturaliter, sed qui cognoscit futurum contingens solum per causam suam cognoscit ipsum solum per talem causam quia posita adhuc contingens potest ponit vel non ponit, cum sit impeditibilis, ergo &c. Et ideo dicunt quod si Deus haberet solum cognitionem de futuro contingente per causam suam contingente & impeditibilem, non haberet de eo certam cognitionem.

9 Sed istud non videretur, quia sicut ex causa necessaria sequitur effectus necessarius infallibiliter, sic ex causa impeditibili determinata ad unum si non sit impedita, sequitur effectus contingens infallibiliter, nisi quod haec infallibilitas est ex suppositione, prima autem est secundum se & absolute, & eodem modo à causa indifferente & impeditibili si determinetur & non impeditatur sequitur suus proprius effectus infallibiliter, igitur sicut in causa necessaria præcognoscitur effectus necessarius certa cognitione, sic cognita causa impeditibili, & omnibus que eam impedire possunt, & insuper ea quae eam impedit, vel non impedit, certitudinaliter potest cognosci quis effectus euenit, et vel non eueniet & similiter cognita causa indifferente & impeditibili si cum ea cognoscatur omnia que eam determinare possunt & determinabunt, & omnia que eam impedit possunt & quae impedit vel non impedit, potest infallibiliter cognosci quis effectus euenit. Nec autem deus non solum cognoscit causam contingente in se & absolute, quia sicut in ea vel per eam non cognoscetur infallibiliter alii qui effectus nisi tantum certitudinem probabili (ut bene dicit alius) sed cognoscit oiam quae eam determinare possunt & quae determinabunt, insuper cognoscit oiam quae eam impedire possunt & quae impedit vel non impedit, ergo Deus in causa contingente sic cognita potest certitudinaliter cognoscere effectum futurum contingente. Item deus non

cogit

Magistri Durandi de

cognoscit alia à se nisi per cognitionem suæ essentia, futura ergo contingentia si nouit, nouit per notitiam sue essentia, aut ergo per hoc quod est sua est eorum causa, aut per hoc quod est eorum exemplar, non per hoc quod est eorum exemplar, ut probatum fuit supra dist. 33. ergo per hoc quod est eorum causa, ergo prima in modo tota cognitionis quam habet Deus de futuris contingebus est per eorum causam, & sic patet primum.

11. Quantum ad secundum, scilicet utrum Deus cognoscat futura contingentia quantum ad eorum actualia existentia. Scendum quod potest habere duplice intellectum, unum utrum Deus cognoscat futura contingentia quantum ad suam actualiam existentiam, id est, ea actu existere, & sic constat quod non, quia intellectus dicens esse quod non est, est falsus, sed futura contingentia nondum sicut actu, alioquin non essent futura sed praesentia, ergo si Deus intelligeret ea actu existere intellectus eius esset falsus, & est impossibile, Deus ergo non cognoscit futura contingentia quantum ad eorum actualiam existentiam sic quod cognoscat ea actu existere. Alius potest esse intellectus, scilicet quod Deus cognoscit futura contingentia quantum ad suam actualiam existentiam non quod Deus cognoscat ea iam actu existere, sed quia deus ab aeterno nouit illam propriam & distinctam & actualiam existentiam quam habebunt prospectus temporis in seipsis, & hoc modo Deus cognoscit futura contingentia quantum ad eorum actualiam existentiam. Cuius ratio est, constat enim quod Deus cognoscit contingens dum est praesens puta fortiter currere, alioquin ego cognoscere illud quod Deus ignoraret, si ergo non cognoscet hoc prius quando sicut futurum, sequetur quod aliquid accrescitur sive scientia quod est impossibile.

12. Quidam tamen dicunt quod quantum ad istam cognitionem requiritur quod res creantur sint praesentes deo quantum ad suas proprias & actualias existentias, quia prima cognitionis quae est per causam, est vel esse potest rei absens, ista autem secunda cognitionis est rei tantum praesens. Qualiter autem futura contingentia possint esse Deo praesentia ab aeterno, secundum suas proprias & actualias existentias declarant sic, aeternitas est duratio indivisibilis tota simul existens, & ideo quicquid coexistit aeternitati coexistit toti, constat autem quod omnia que temporaliter sunt, aeternitatem coexistunt eo quod ipsa semper existit, propter quod quicquid quandoque existit coexistit aeternitati, igitur quaecunque sunt per differentias temporum toti aeternitati coexistunt, sed non coexistenter toti nisi ab aeterno coexistenter ei, ergo quaecunque sunt secundum differentias temporum, ab aeterno coexistunt Deo cuius est & cognitione sunt in aeternitate, & hoc est quod consuetum est dici, quod aeternitas tota simul existens ambit totum tempus, sic igitur dicunt quod futura contingentia sunt ab aeterno Deo praesentia secundum actualiam suam existentiam, ac per hoc sunt ab eo determinatae cognita, quia ut actu sunt non sunt ad utrumlibet, sed sunt determinatae ad unum.

13. Sed hic videtur esse duplex defectus. Vnus est de hoc quod dicitur quod futura sunt ab aeterno deo praesentia secundum suum esse actuale, quia quod nihil est in se nulli potest realiter & actualiter coexistere, coexistere enim presupponit existere, sed futura non solum contingentia, sed quaecunque generatur, ab aeterno nihil fuerunt in se secundum esse actuale, sed solum in potentia dei creaturis, ergo non potuerunt ab aeterno deo eo existere secundum praesentialitatem sive actualis existentia.

14. Item quaecunque coexistunt vni & eidem sic quod nunquam est verum de uno eorum quod coexistat illi, quin sit versus de altero, illa necessario coexistunt sibi, sed si omnia coexistunt Deo ab aeterno non est verum dicere, quod dies hominis coexistenter vel coexistat Deo, quin illud idem sit verum de die hesterne, ergo dies hodiernus & hesterne simul sibi inutilem coexistenter & coexistunt, hoc autem est impossibile, ergo & illud ex quo sequitur, scilicet quod omnia ab aeterno realiter coexistant Deo. maior patet, quando enim duo coexistunt tertio sic quod uno eorum coexistente, aliud non coexistit, tunc non oportet quod illa duo coexistente sibi inutile, sicut durationi meae coexistit Pascha & Pentecostes, sed coexistente uno aliud non coexistit.

Sancto Porciano

bar, & ideo non oportet quod sibi inutilem coexistant, sed si nunquam unum coexistet mihi, quin aliud similiiter pro tunc mihi coexistet, neceesse est quod illa sibi inutilem simul coexistet, & hec fuit maior minor autem de se manifesta est, si enim semper & ab aeterno oia coexistunt deo nunquam unum coexistet, quin aliud coexistat, sequitur ergo conclusio.

15. Item similitas (cum sit relatio) requirit extrema in actu, si sit actualis similitas, sed creature non fuerunt simul cum eo, in actuali existentia, ergo non fuerunt simul cum eo.

16. Alius defectus est, quia dato quod futura hoc modo essent praesentia deo ab aeterno, ita ramus nihil faceret ad hoc, ut determinate & certitudinaliter cognoscatur ab ipso, propter quod ramus illud ponitur, quia cognitionis res a Deo in nullo dependet ab existentia rerum, unde dato quod Deus nihil produxisse aut productus est, nisi hilominus deus habuisset ita perfectam & determinatam cognitionem de rebus quantum ad carum quidditates, & quantum ad existentiam actualiem quam habere posset sic nec habet, alioquin futurum res secundum aliquam differentiam temporis esset causa diffinire cognitionis in deo, quod est inconveniens, & tam si nihil fuissest aut futurum esset res non essent deo praesentes ab aeterno realiter secundum aliud quod esse actuale, quia nullum habitur essent in tempore, & illa praesentia non ponitur nisi quia eternitas ambit rationem temporis, propter quod quicquid ponitur esse secundum aliquam differentiam temporis, ponitur semper esse praesens aeternitatis, cùm igitur idem sit apud cognitionem diuinam, posita praesentia rerum, vel non posita, frustra ponuntur futura contingentia esse ab aeterno Deo praesentia ad hoc ut sint ab eo determinate cognita.

17. Ad rationem in oppositum cum dicitur quicquid existit aeternitatis, coexistit toti, & quicquid coexistit toti, coexistit ab aeterno ei. Dicendum quod cum aeternitas sit duratio non habens partem & partem intra se, nec habens principium & finem quibus claudatur, ideo totalitas aeternitatis potest accipi dupliciter. Uno modo excludingo partem. Alio modo excludendo principium & finem. Et secundum hoc dupliciter dicitur aliquid coexistere toti aeternitati. Uno modo, quia non coexistit vni parti tantum, & sic quicquid coexistit aeternitatis, coexistit toti, quia non coexistit parti tantum, eo quod aeternitas partes non habet. Alio modo dicitur aliquid coexistere toti aeternitati, quia coexistit ei, et non habet principium nec finem, & sic quicquid coexistit toti aeternitatis, coexistit ei ab aeterno sine principio, & coexistit in aeternum sine fine, sed hoc modo non quicquid coexistit aeternitatis, coexistit toti, quia temporalia que quandoque sunt, & pro tunc coexistunt aeternitatis, quia sunt dum aeternitas est, licet coexistant toti aeternitatis prout coexistunt ei non secundum partem, cum non coexistunt ei toti, ut non est habens principium nec finem, & ideo non coexistunt ei ab aeterno.

18. Sic igitur patet qualiter Deus cognoscit futura contingentia, quia cognoscit a determinata quantitate ad suas proprias & determinatas actualitates quas habebit, nec cognoscit ea per hoc quod sint ei ab aeterno praesentia realiter, sed per hoc quod essentia diuina, ut causa est sufficiens ratio representandi intellectum diuino determinatum singula modo quo dictum fuit prius. De ceteris singularibus licet etiam essentia diuina sit prima et sufficiens ratio intelligentiae ea, tamen nihil prohibet, quod Deus ea cognoscat in causis creatis contingentibus, cognitionis tamen utrorumque dependent a cognitione diuina essentia.

19. Q Y A N T V M ad tertium, scilicet an scientia dei imponat necessitatem rebus scitis. Notandum quod scientia dei comparatur ad res dupliciter. Uno modo, ut causa. Alio modo, ut cognitionis infallibilis & certa, & neutro eorum modorum imponit necessitatem rebus. Quod non ut causa patet primo sic, aliqua futura dependent a solo Deo sicut a causa, alia vero dependent ab ipso mediante causis secundis, sed scientia diuina neutrals imponit necessitatatem, ergo &c. Minor probatur quantum ad virgines partem, quod enim scientia dei ut causa non imponat necessitatem futuri que dependent a solo Deo, probatur sic, scientia dei non est causa eorum que sunt a Deo, nisi mediante voluntate, ut patet ex supradictis, sed voluntas dei non necessario vult quicquid Deus scit, sed liberer vult & potest non velle omne aliud ab ipso, ergo scientia dei,

Sc. d. 11.

q. 1. c. 11

vt cau

Lib. I. Distinctio. XXXVIII.

vt causa non imponit necessitatem rebus futuris, vnde etiam & angeli qui inter omnes res creatas videntur esse effectus necessarii non sunt necessario producti, sed libere, nisi forte necessitate suppositionis, supposito enim quod Deus voluerit ea producere, necessarium est quod producantur non necessitate absoluta, sed necessitate praedictae suppositionis.

20 Item patet de his quæ prouducuntur à Deo medianis tibus causis secundis scilicet omnis effectus futurus cōtingenter eueniens, cuius aliqua causa per se est impeditibilis potest impediiri, sed eorum que fiunt à Deo mediantibus causis secundis multa sunt quæ præter scientiam diuinam habent causas impeditibiles, vel per actionem contraria, vel per dispositionem materie, ergo talia non obstante causitate diuinæ scientie cōtingenter eueniuntur. Minor de se patet, sed maior probatur, quia euenia cōtingenter est eueniens cum posibilitate deficiendi, sed effectus qui dependet ex pluribus causis quacunque earum existente impeditibili, & ita ponente deficeri potest non eueniens, & ita cum eueniens, eueniens cum posibilitate deficiendi, quare &c. Scientia igitur Dei, ut causa non imponit rebus aliquam necessitatitem.

21 Itē nec prout est cognitio, infallibilis & certa quod est difficultas, non enim videntur posse stare simul, q̄ res posit aliter euenire, quam praescientia fecit, & q̄ praescientia nō posset falli, propero quod est intelligendum q̄ in Deo ponimus duplice cognitionē. Vnam qua apprehendit absolute rerum quidditates & essentias quae potest vocari indubitabilis intelligentia. Aliam qua apprehendit habitudines rerum, secundum quas possunt adinveniē cōponi vel diuidi, & componuntur vel diuiduntur pro aliquo tempore, & haec cognitiones licet nō differant ex parte Dei, qui omnia uno simplici intuitu cognoscit, tamen differant ex parte cognitorum. Prima autem harum cognitionum nulli rei necessitatē imponit, & tamen non potest falli, quia sub prima cognitione non cadit rem euenire vel non euenire, sed solum natura rei quantum ad suum quod quid est, & id eo siue res eueniar, siue non, talis cognitionis non fallitur.

22 Itē nec secunda cognitione imponit necessitatē, nec fallitur. Cuius ratio est, quia circa candem rem stant simul necessitas suppositionis, & contingētia simpliciter sed de eo quod est necessarium ex suppositione, potest haberi certa & infallibilis cognitio, ergo infallibilis & certa cognitione aliquā re potest stare cum contingētia, cuius simpliciter, maior patet, quia fortē currere dum currit necessarium est ex suppositione, et vniuersaliter omne quod est quando est, necessario est non simpliciter, sed ex suppositione, fortē tamen currere est simpliciter continens, liberē enim currit, ergo circa candem rem stant simul necessitas suppositionis & contingētia simpliciter, & hec fuit maior, minor similiter patet, quia de cursu fortis dū est, potest haberi & determinari & infallibilis cognitio, quia necessariā est fortē currere supposito quōd currit, ita q̄ pro illo tempore non potest non currere, & sicut est de præstanti cursu fortis, quid potest infallibiliter cognosci propter suam determinationem & necessitatem suppositionis, sic est de omni futuro quantumcumq; simpliciter contingēt, si respectu eius possit inveniri aliqua necessitas suppositionis, inuenient autem respectu cognitionis diuinis, quia vt prius dictum fuit à causa impedibili, & simpliciter quoad hoc contingēte supposito, q̄ non fit impedita, sequitur effectus infallibiliter & necessario, necessitate praedictæ suppositionis, & similiter à causa indifferente, ad utrumlibet (supposito quōd determinetur, & non impeditur) sequitur infallibiliter determinatus effectus, intellectus ergo cui notę sunt praedictæ suppositionis potest infallibiliter quodcumq; futurum cognoscere, sicut visus meus, qui videt fortē currere infallibiliter nouit cursum fortis, talis autem est intellectus diuinus, qui non solum nouit causam futuri contingētis secundum se, sed nouit perfectè omnem cursum omnium causarum quae possunt impidire vel non, & quae impidient vel non impedit, etiam que determinabunt liberum arbitrium nostrum vt angeli, & quae non, propter quod infallibiliter cognoscit omne futurum.

Quæstio III.

23 Causa autem horum est vniuersalitas diuinæ cognitionis, quâ nihil subterfugit, sicut enim est de causa ut deficit in causando, sic est de cognitione ut fallatur in iudicando de productione effectus per causam suâ. Causa autem cuius ordinem nihil subterfugit, non potest deficere vel impeditri in causando, quia ois causa que impediret, impeditur per aliquid quod subterfugit ordinem sue causalitatis. Et ideo vna causa particularis impedit aliam, sed nulla impedit causâ vniuersalib[us], sub cuius ordine virtus cōtinetur. Verbi gratia, ponamus q[uod] sit aliqua cōstellatio, qui fecit istam herbam florere propter suam caliditatem, ex motu autem corporis celestis superuenienti alia cōstellatio, qui sua frigilitate impedit herbam ne vltra floreat, sed potius vt flos decidat, hic vna causa particularis impedit aliam, quia vna nō cōtinetur sub alia. Sed nunquid propter hoc impeditur effectus corporis celestis, quod cōtinet vtrang[ue] confessionalium? non, sed impetratur, quia effectus eius fuit, vt vñq[ue] ad hoc floraret, & postea decideret. Et ideo adhibuit contrariais causas particulares, quarûm vna aliam impedit, vtrang[ue] tamen subseruit, ret cause vniuersali. Et est simile in agente a propo-
sito, volo comburere medietatem aliquius ligni, & ideo adhibeo ignem, quânum est de se combureret totum lignum nisi impeditur, sed cum iam combusitus impletum, appono aquam extinguentem ipsum, impeditur ergo effectus ignis, sed nō meus, imò completer omnino. Sic est de qualibet causa, quod nonnūp potest impeditri, nisi per illud quod subterfugit ordinem sue causalitatis, & sicut est de causalitate in producendo effectum, sic est de cognitione in iudicando de productione effectus, quia si aliquis cognoscit particulariter & solum causam effectus futuri contingens, potest decipi in iudicando de productione effectus, sicut causa impeditri in producendo, & sic nos decipimus, sed intelligens qui nouit hanc & alias quae impeditri possunt, & vniuersaliter totum cōcursum causarum proueniens ex ordine superioris causa que cunq[ue] sit in talis intellectus non potest decipi, sicut nec ordo illius impeditri, & talis est intellectus diuinus respectu omnium generaliter, & fortè intellectus angelicus respectu omnium purè naturalium.

24 AD PRIMVM argumentiu[m] cum dicitur om[ni]e scitum a Deo de necessitate euuenit. Dicendum q[ue] falsum est, loquendo de necessitate abioluta & simpliciter, imo sicut scitum est euuenire, sic euueniet, et ideo quod scitum est euuenire necessario, necessario euueniet, & quod scitum est euuenire contingentia, euueniet contingenter, alioquin scientia dei falleretur, que nō solum est de euentu rerum, sed etiā de modo euentus. Et quod dicitur vltierius, si nō necessario euuenit, potest nō euuenire, ponatur ergo in esse. Dicendū q[ue] si ponatur in esse illo modo qui est possibile, nō sequitur aliquod impossibile, est autem possibile, non euuenire loquendo simpliciter & abiolute, sed stante suppositione nō est possibile, & ideo sic nō est ponendū. Si enim praescitum est euuenire, praevisus est ordo causarum scitis, quo posito & stante nō potest illud nō euuenire, sed necessario euuenit necessitate suppositionis prædictæ, que statu contingentia simpliciter, & est simile de contingentia praesente, fortis enim dū currit, nō necessario currit simpliciter & absolute, imo liberè currit potes nō currere, & tam non potest ponit in esse, q[ue] non currit stante suppositione q[ue] currat, alioquin contradictionia simul verificarentur de eodem, quod est impossibile.

25 Ad secundum, cum dicitur φ omnis conditionalis cuius accedens est necessaria, & consequentia est necessaria, & consequens est necessestia, concedatur, si tam antecedens sit necessestia simpliciter, & ut ex ipso infertur consequens, & cū dicitur φ hæc est necessaria Deus præscit A fore. Dicendum est φ est vt sic, & est vt nō, si enim est necessaria adiuncto modo necessitatibus erit vera. dicendo sic, Deus præscit necessario A fore. Hæc autem est duplex, quia si modus necessitatibus determinat cōpositiōne verbi ad subiectū, vera est & cōposita sub hoc sensu, necessariā est deū præcīre A fore, & adhuc hæc necessitas non est nisi ex suppositione, & nō simpliciter, quia, ut infra videbitur, deus potest nescire φ scit, & scire φ nescit. & ideo nō necessariā scit talia, sed liberē, sicut liberē vult ea fore vel non fore, si autē determinet materiam verbi. A fore, sic